Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36488
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift

Incipit liber .vi. de opusculis beati GREGORII pape in cantica canticorum collationem.

HEXPOSITIONE cantici canticorum quam libris quinque explicauimus. nam primum huius operis uolumen contra iulianum. pro defensione gratie dei quam ille impugnauit. unde et hac destruente prius specialiter effecimus. ita patrum uestigia secuti sumus ut interim opuscula dulcedo bonorum papae ac patris nostri gregorii relinquerem intacta. iocundis forte legentibus ratus. si ea quae ille in explanatione huius uoluminis. per cuncta opuscula sua sparsim disseruit quamplurima scilicet copiosa dicta quasi in unum collecta uolumen parte omnia ponerem. quod modo adiuuante domino sum facturus. Laudat quoque in cantica canticorum liber noster quod de labore collectum sit; beati gregorii sermonibus et sensu composita ut siquis forte sit quam nostra opuscula iure spernenda estimet. habeat in primitiu legenda et dicta quae nullatenus estat et spernendis. Siquis autem haec quoque nostras captus amore legat sit ut marmoris nitet praeuentis edificius. aureum tamen architectis culmen imponat. Audiuit autem quae patris eiusdem beati papae gregorii discipulis deuote sacra scriptura quoque ille per partes in suis operibus explanauit collecta ex ordine in unum uolumen cogere. Quod opus si habere ad manus faciliu multo ac perfectius studium meum uoluntatem implere. Verum quia necdum illud uidere meruit ipse per me hoc per uos potui imitare domino adiuuante curam. In expos. B. IOB. lib. .xx.vii.

Osculet me osculo oris sui. Potest pos dei unigenitum filium designari. quia sicut brachium eius dicitur quia per eum cuncta patrem operatur. deque ppha ait. et brachium domini cui reuelatum est. Deque iobs dicit omnia per ipsum facta sunt. ita et os dicitur. ac si oris nomine patrem diceret uerbum. sicut nos quoque per uerbis linguam dicere solemus ut eum greca et latina lingua dicimus. latina et greca uerba monstremus. Os quoque domini immerito ipsum accipimus per quem nobis omnia loquitur. Hinc enim quod ppha ait. Os enim domini locutum est hoc. Vnde et ei sponsa in canticis canticorum dicit. Osculet me osculo oris sui. desiderat dicat. Langat me dulcedine presentiae unigeniti filii redemptoris mei. Item in eodem libro .xiiii.

Et matheus cum precepta a domino dari in monte conspicere ait. Aperiens os suum dixit. desiderantem dicat. Leuos suum aperuit. quia prius aperuerat ora ppharum. Hinc et ecclia quod de illo absponsa presentiam eius desiderantem dicit. Osculet me osculo oris sui. Sancta quippe ecclia quae precepta ex predicatione eius cognouit quasi tot oris eius oscula accepit. In ex p. B. IOB. libro. .xxx.

Quam meliora sunt ubera tua uino. Ista sunt ubera idem doctores quia in arca pectoris fixa lacte nos potant. quia ipsi archanis sumere explanationis